

## **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In quo tractatur de Ministro Sacramento Pœnitentiæ. Item de Sacramentis  
Extrema Unctionis, & Ordinis

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1672**

Concl. II. Obligatio perpetuæ continentiæ non annectitur majoribus seu  
sacris Ordinibus jure divino.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73429](#)

lum intelligere inferiores Lectoribus, quales sunt Ostiarii, sed sine aliqua probatione; unde non est audiendus.

Atque ut verum esset, quod Vasquez docet; solum inde sequeretur, aliquando aliquibus minoribus Ordinibus, scilicet Acolythatu & Exorcistatu fuisse annexam obligationem continentiae, quod non est contra Conclusionem, quae loquitur de obligatione hodierni temporis.

Fatetur autem Vasquez, postea in Concil. Romano sub Sylvestro can. 8. Subdiaconis tantum, ac proinde ceteris omnibus, in superiori gradu constitutis, prohibitus fuisse, post Ordinationem ad Matrimonium transfire. Nullum, (inquit Conc.) Subdiaconorum ad nuptias transfere precipimus, ne aliquam pravificationem (alias, aliquam pravificationem) sumperit.

Ad alium Canonem Conc. Carthag. pater responso ex Gloss. ibi in expositione casus, qua talis est: Clerici quidam in pubertate 18. anni positi, volebant ad Subdiaconatum non promissa continentia promoveri: quoscum fuit in Conc. Carthag. quid fieri deberet: & responsu fuit, quod nisi aut ducant uxores, aut cogant continentiam proficeri, si volunt Subdiaconi fieri. Sin autem nolint Subdiaconi fieri, finantur ducere uxores, juxta can. 27. Apostolorum supra allegatum. Igitur propter hos canones non est recedendum à communī sententiā.

Neque excipiendus casus, quo qui minores Ordines fulciperet, putans illi annexam esse obligationem continentiae, & ideo habet intentionem se obligandi; tunc enim, dicunt Aliqui, manet obligatio, saltem tamquam ex voto simplici.

Respondeo; votum ex eo errore pratico profectum, non obligat; quia deest absolutus consensus; & quāvis adit conditionatus, tamen conditio non purificatur in hoc calu. Patet; quia talis solum voluit vovere sub conditione, si Ecclesia votum requisicerit; atqui Ecclesia non requisivit; ergo non purificatur conditio; adeoque prior consensus conditionatus non transit in absolutum, qui tamen essentialiter requiritur ad obligationem voti sive solemnis, sive simplicis.

Sin autem dixeris; obligationem illam oriri immediate ex precepto Ecclesiae absque voto; contrā facit, quod revera nullum preceptum sit; proinde si qua est obligatio, ea provenit ex erronea conscientia ordinati, quam tenetur sequi, quādū manet invincibilis, immo etiam vincibilis; cā autem deposita, statim evanescit omnis obligatio.

Dixi; Ex errore pratico; quia si soldm fuerit error speculatorius, id est, si voluit vovere, tametsi ex institutione Ecclesiae votum non foret annexum, certum est, quod obligetur; sicut ille, qui seclusa omni Ordinatione nuncuparet hoc votum.

Sed dicet aliquis; ratio videtur universalis pro omnibus Ordinibus; quia omnes Ordines <sup>25.</sup> Ordinatio sunt peculiares gradus ad cultum Dei, & ministerium Eucharistiae instituti, & omnes fuerunt immediate instituti à Christo secundum veram rationem Sacramenti; ergo vel omnibus, vel nullis annexitur obligatio continentiae.

Respondeo; iure divino nullis annexitur, <sup>Solvitur</sup> ut patet ex Conclusione sequenti; ut autem Ecclesia faceret divisionem, sufficiebat quādam differentia ratio, scilicet quod aliqui Ordines propinquius, & alii remotius in ministerio Eucharistiae deserviunt. Quāvis etiam, non obstante hac differentia, potuisse Ecclesia antecedenter annexare; etiam minoribus Ordinibus hanc obligationem.

Nunquid eriam consequenter; id est, nunquid posset Clericos iam ordinatos cum hac libertate, ad continentiam adstringere? Minime; quia est res nimis ardua superans communiter fragilitatem humanam; & ideo à Deo reliqua sub consilio.

Unde Concil. Tolet. 2. cap. 1. ita statuit: <sup>26.</sup> An Ecclesiē <sup>26.</sup> Jam initia- <sup>26.</sup> bus Ordinib.<sup>26.</sup> bus posset obligare ad continen- <sup>26.</sup> tiā. <sup>26.</sup> cap. 1. Cōciliū <sup>26.</sup> Tolet. 2. De his, quos voluntas parentum à primis infantie anni Clericatus officio mancipavit, statuimus obser- vandum, ut mox detonsi, vel ministerio Lectorum tra- diti, in domo Ecclesie sub Episcopali praesentia à pre- positō sibi debeant studiri. At ubi octauum decimum etatis fuit compleverit annum, coram totius Cleri plebis conspectu, voluntas eorum de expetendo con- iugio ab Episcopo persiculatur &c. Quibus autem va- luntas propria, interrogatiois tempore, desiderium nubendi persuaferit; concessum ab Apostolo licentiam (nubendi) auferri non possumus.

Ergo nec nos auferamus; sed cum Ecclesia Catholica omnibus, initiatis minoribus tantum Ordinibus, concedamus potestatem transiundi ad nuptias, eo semper salvō, ut si nupserint, non debeant gaudere privilegiis Clericorum; saltem aliquibus, juxta superius dicta.

Atque hac sufficiat delibasse de minoribus Ordinibus. Accedo nunc ad majores Ordines, & resolvo quāsionem in principio Sectionis propositam, ac Dico:

## CONCLUSIO II.

Obligatio perpetuae continentiae  
non annexitur majoribus seu  
sacris Ordinibus jure divino.

**F**ranciscus Turrianus in lib. de Sexta, septi-  
ma & octava Synodis; ac lib. 2. de Dog-  
maticis verbi Dei characteribus; mordicūs de-  
fendit, Clericos majoribus Ordinibus initiatis,  
jure divino continentiae ita teneri, ut etiam con-  
jugibus, matrimonio antea conjunctis; ut non  
possint sine peccato; quantum magis, ut neque-  
ant matrimonium postea contrahere?

PPP 3      Quem

23.  
Resp. ad  
8. dīct. 32.

24.  
Qui si  
aliquis  
fulciperet  
minorēs  
Ordines,  
putans illi  
annexam  
esse conti-  
nuantiam.

Quem licet aliqui postea fuerint initiati, quod attinet ad matrimonium post Ordines contrahendum, tamen quod spectat ad continentiam in matrimonio ante Ordines introitum, nullus ex schola Theologorum, quem ego legerim (inquit Vasquez hic disp. 247. nu. 2.) sententiam ejus probavit. Et merito; quia nullo initio solidi fundamento, ut offendit Vasquez ibi per totam disp. allegando, & solvendo auctoritates, tum Scripturæ, tum Sanctorum Patrum, ac Conciliorum, quæ magno numero à Turriano afferuntur pro stabilienda sua sententia. Sed, ut verum fatear, parum stabilunt.

28.

Prima ejus probatio ex Deut. 33.

Atque in primis nescio planè, quid faciat ad propositum, quod Deut. 33. v. 8. dicitur à Moysè, benedicente Levitas: *Perfectio tua, & doctrina tua vivo sancto tuo, quem probasti in ratione, & iudicasti ad Aquas contradictionis.* Qui dixit patri suo, & matri sue: *Nescio vos; & fratris suis, ignoro vos; & negetur filios suos.* Ergo Sacerdotes, Diaconi, & Subdiaconi in novo Testamento non possunt generare filios, etiam ex matrimonio, ante Ordinationem contracto. Qualis Consequens?

Resolutio.

Nunquid Moyses benedixit ibi Levitis novi Testamenti, & non potius veteris legis, qui initiati ab eo, ad ulciscendam injuriam, factam Deo in adoratione vituli aurei, Exod. 32. atque gladiis promiscue occiderunt, etiam proximos suos, nec percerunt patri & matri ac filiis? Non est dubitandum.

29.

Resolutio.

An forte Levitæ veteris legis non habuerunt patrem & matrem aut fratres? Quis sapiens, & sic intelligens istum locum Deuteronomij? Et tamen de illis dicitur: *Nescio vos, ignoro vos.* Quâ ergo apparentia veri istud: *Ei negetur filios suos,* idem sit quod: *Non habuerunt seu generaverunt filios?* Certum est Levitas vetetis Testamenti & generasse & habuisse filios.

Quare Tot.

Unde bene dicit Vasquez supra nu. 104. mirabile sanè esse, eo testimonio voluisse Turrianum suam sententiam confirmare. Sed fecit hoc, inquit idem Auctor nu. 103. quod cum esset castitatis amantissimus, virtutis zelo nimium accensus, id quod animo ardenter cupiebat, ex quolibet Scripturâ, & Patrum testimonio expressè sibi colligere videbatur. Quare frustaneum videri possit singulis Scripturis & testimoniosis Patrum immorari; præsertim cum non facilè sit asserendum jus divinum, nisi claris verbis in Scriptura, aut Sanctis Patribus exprimatur.

30. Secunda ex Apoc. 2.

Igitur nullius momenti est, quod pro hoc jure adducitur ex Apoc. 2. v. 14. & 15. *Quia habes illuc tenentes doctrinam Balaam,* qui dociebat Balaam, mittere scandalum coram filiis Israël, edere & fornicari; ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum. Jam autem error & crimen Nicolai fuit, quod cum esset unus ex septem primis Diaconis, voluit tamen uti uxore, antea sibi legi-

timè copulata; ergo ille usus ex jure divino est illicitus; alioquin male fuisset reprehensus Episcopus Pergami super hac re, & dictum ei fuisset: *Penitentiam age, si quæ manus, renam invicem, & pugnabo cum illis in gladio viri mei. ver. 16.*

Respondere Primo; hoc fuisse crimen Nicolai, quod uxorem suam omnibus expoluerit, & ad fornicandum, ac adulterandum alio provocaverit, que merito dicitur doctrina Balac, qui fuit Auctor Balac, ut mitteret mulierem Moabitidas in castra Israëlitarum, quæ eadē fornicationem, & sacrificia sua provocarent.

Quod autem hoc fuerit crimen Nicolai, & error Nicolaitarum, patet ex Clemente Alexandrini lib. 3. Stromatibus, ibi: *In modis duabus muliere permisit, cui veller, tam uenere, tam enim (Nicolai discipuli) hanc etiam illam consentaneam.* q. e. dicit, quod caru uisus est, que factum & datum absoluere & iniquum quenque, qui eius basefam prospexit, impunitus effundit, fornicantur.

Revertitur quicquid Epiphanius Hierosolimensis Nicolai docuisse; nisi quis singulariter venirem exerceret, fore ut non posset in membris vita æterna. Et tandem lapsum factum carnis contra naturam.

Respondere Secundo; etiam si omni proprio viroris fuisse illicitum Nicolai; ergo ex jure divino, quo præcipiebat vel illa continentia vel votum ejus, nego Consequens; non potuit ex tunc obligatio continentie fuisse instituta ab Apostolis, aut certè voto libertate vel colao promissa. Dicit enim Epiphanius fuisse Nicolau[m] se ab uxore sua aliquandiu continuisse, ad imitationem eorum, quos Deus ab eis videbat.

Quibus verbis manifeste indicat, votum continentia se Deo addixisse, sicut & religiosi nostros altaris. Quid autem Deus taliter præcepisset, omnino silent. Aliunde ergo ipsum istud divinum probandum est, quod a illo loco Apocalypses.

Probatur, inquis, ex Luc. 21. v. 34. *Amabilis est uobis, ne fornicaretur corda vestra in opere, ebrietate, & curia huic vita.* Et 1. Pet. 5. v. 5. *Proferite quod in uobis est gregem Dei.* Ac pauci interpositis v. 7. subiungit: *Omnem solicitudinem vestram prouicienes in eum, quoniam ip[s]i vita est de ipsius.*

Item Apostolus 2. Tim. 2. v. 4. *Nemus uoluntatis Deo impluat se negoti secularibus; ut aperte, ut se probavit.* Et ad Titum 2. v. 12. *Indiens nos, ut abnegantes impietatem, & secularia desideria, sobrie, & infide, & pie vivamus in hoc facili.* At maxima cura & sollicitudo, & facultas negotiorum ac desideria sunt de uxore, & filiis; ergo ex instituto Christi debent viii Ecclesiasticis continentiam observare.

Denique expresse Apostolus ad Titum 1. docet, *Episcopum debere esse unius uxoris & rerum & continentem v. 6. & sequent.* *Si quis*

Sect. 5. De Contin. Sacris Ordin. annex. Concl. 2. 671

<sup>35.</sup> sive crimen est, unius uxoris vir, filios habentes fideles, non in accusatione luxurie, aut non subditos. Oportet enim Episcopum sine crimen esse, sicut Dei dispensatorem &c. benignum, sobrium, iustum, sanctum, continentem &c.

Idem docet 1. ad Tim. 3. v. 2. & sequent. Oportet ergo Episcopum irreprochabilem esse, unus uxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum &c. Et de Diaconiis verl. 8. ait: Diaconi sunt unius uxoris viri &c.

Ubi cum Episcopis intelliguntur Presbyteri, & cum Diaconi Subdiaconi. Per uxorem autem intelligit eam, quam habuerunt ante Ordinationem, & admonet eos, ut filios habeant subditos cum omni castitate; minime autem permittit, ut tunc gignant filios; sed ut, quos ante generaunt, habeant cum omni castitate, non solum admonendo & regendo eos, ut castè vivant; sed etiam ut ipsi deinceps castitatem servent.

Respondeo: Christum, Petrum, & Paulum prohibuisse, aut potius offendisse prohibitam, non solum Clericis & Ecclesiasticis viris; sed omnibus Christi fidelibus, nimiam curam & sollicititudinem, non solum circa uxorem, & filios, sed circa omnes res sacerulares & mundanas; ne videlicet praeseruantur rebus spiritualibus, quando res spirituales sunt in precepto; si autem sint libera, quamvis non sit preceptum, propter eas relinquere res temporales, tamen consilium est de majori bono & perfectione, quod consilium etiam continetur in verbis praællegationis.

Ergo in illis posita est Clericis lex totalis continentia, & interdictus usus conjugii, etiam ante Ordinationem contracti, negatur Consequentia: quia fieri potest, ut Clericus utatur uxore sua, absque eo, quod illum usum preferat aliqui rei (spirituali, à Deo præcepta). Interm consilium optimum est viris Ecclesiasticis, etiam abstinere ab illo uso, alioquin non præcepto, ut tanto melius possint vacare rebus divinis, quarum cura ad ipsos specialiter pertinet.

Et quia ipsis præ ceteris fidelibus incumbit observatio mandatorum Dei, ideo recte Apostolus specialiter admonet Episcopos & Diaconos, ut sint continentes, & pudici, id est, ut abstineant ab illicitis immunditiis, & aliis operibus carnis.

Quod vero dixit; ut Episcopi & Diaconi essent tantum unius uxoris viri, præceptum est humanum, abstinendi secunda uxore, ne videlicet essent bigami, que est principia quadam irregularitas, suo loco explicanda. Monet quoque, ut filios suos regant ad castè vivendum, & ut ipsi castè vivant, quantum scilicet tenentur; sicut & laici conjugati debent vivere in conjugali castitate, id est, non exercere aculum carnalem extra conjugium.

Igitur ex his Scripturis nullatenus probatur, jure divino omnibus Clericis, sacris Ordinibus initiatis, præceptam esse perpetuam & totalem continentiam, etiam ab actibus conjugialibus.

Sed neque ex testimoniosis SS. Patrum, aut Conciliorum, quæ omnia commode possunt explicari, ut nihil aliud velint, quam à temporibus Apostolorum Ecclesiam præcepisse illa continentiam, tanquam perfectionem vita Evangelice, quæ in sacris ministris magis debet elucere.

Atque procul dubio hæc lex posita fuit ex speciali instinctu Spiritus sancti, qui post Christi in celum Ascensionem, docuit Ecclesiam omnem veritatem, ita ut non sit verisimile, quod umquam Ecclesia illam legem in toto abrogabit, quamvis hic & nunc aliquando in ea dispensaverit, & in Ecclesia Graeca adhuc licet ut matrimonio ante Ordinationem contrahatur, ut infra videbimus.

Recte ergo dixit Concilium Carth. 2. can. 2. (& refertur can. 3. dist. 84.) Cùm in præterito Concilio de continentia & castitate moderamine tractaretur, gradus isti tres conscriptione (alias, confessione) quadam castitati per consecrationem annexi sunt. Episcopos, inquam, Presbyteros & Diaconos ita placuit, ut concedat sacrosanctos Antistites & Dei Sacerdotes, nec non & Levitas, ut qui Sacramentis divinis inserviant, continentem esse in omnibus, quo possumus simpliciter, quod à Deo postulant imperare, ut quod Apostoli docuerunt. & ipsa servavit antiquitas, nos quoque custodiamus.

Et quis dubaret, vetutum esse, quod placuit & Carth. 2. can. 3. (& refertur can. 4. dist. 84.) Cùm de quatuordam Clericorum, quamvis erga uxores proprias, incontinentem reficeretur, placuit Episcopos & Presbyteros & Diaconos, secundum præstatuta, etiam ab uxoriis abstinere?

Ubi ly Secundum propria statuta; non significat statuta, orta præcisè ex natura & institutione ipsorum Ordinum; sed statuta Ecclesiastica, quæ ideo propria dicuntur; quia ipsis Ordinibus annexa, & veluti passiones propriæ, quia maximè convenientia, conjuncta sunt.

Potò quod Dionysius ait lib. de Eccles. Hier. c. 9. in 2. contemplatione, alias c. 5. p. 3. ubi de signo crucis impresso initiatis: Signum figura crucis impressum, significat omnian simul corporis cupiditatem cessationem. Vel, ut Turrianus legit: Omnes pariter appetitus carnalis continere; hæc, inquam, verba non significant cessationem à concubitu cum propria uxore; ex honesto fine, & debito modo; hoc enim est opus justitiae, & actus castitatis conjugialis; sed cessationem ab operibus carnis, quæ enumerat Apostolus ad Gal. 5. v. 19. dicens: Manifesta sunt autem opera carnis, quæ sunt fornicatio (non dixit, concubitus cum propria uxore) immunditia, impudicitia &c.

Atque ut Dionysius intelligi deberet, etiam de illo concubitu licito, sicut illa ceremonia seu

Quomodo intelligenda  
Partes, quæ  
videtur  
fave feso  
Tutus

38. Approba-  
tur dicta  
Concilia  
Carth. 2.  
can. 2.

39. Explicantur  
quædam  
verba  
S. Dionysii

iii.

impressio signi crucis, non est ex jure divino Ordinibus annexa, sed solum ex jure Ecclesiastico; ita quoque perpetua continentia, etiam a licto concubitu, que tali signo designatur, non est annexa Ordinibus sacris ex jure divino, sed solum ex jure Ecclesiastico.

40.  
Expenditur  
testimo-  
nium alt.  
quod  
sicut 3.

Omitto testimonium Sixti 3. in lib. de Catechitate (qui habetur in 5. tom. Bibliothe. sacra) ubi explicans illud Matth. 5. Non veni legem solvere, sed adimplere, ait: Sacerdotes esse necessarii continentes, non quomodocumque, ut expendit Turianus, sed secundum Scripturam Pauli 1. Cor. 7.

Verum hic liber perpetam adscribitur Sixto 3. ut notat compilator Bibliothe. loco allegato; quia continet multos Pelagianos.

Deinde; ego nullum praeceptum perpetua continentie invenio apud Apostolum loco citato, ubi permittit virginibus liberum transiit ad nuptias. Et falso est, quod videtur dicere Valquez supra n. 118. secundum eandem Scripturam Sacerdotem non posse esse bigamus, cum Sacerdos nulla ibi sit mentio. Et ideo, sicut dixi, omitto illud testimonium, quia non authenticum; & quamvis authenticum, non probat nisi obligationem juris Ecclesiastici.

41.  
Testimo-  
nium Sirici  
non probat  
nisi obliga-  
tionem juris  
Ecclesia-  
stici.

Nec aliam obligationem probat testimonium Sirici Papa in Epistola 1. cap. 7. ibi: Vnde & Dominus Iesus, cum nos suo illustrasset adventu, in Evangelio protestatur, quia legem veterius implore, non solvere, & ideo Ecclesiam, cuius sponsus ejus speciosus forma, castitatis voluntate splendore radiare, ut in die iudicii, cum rursus adveniret, sine macula & ruga eam posset, sicut per Apostolum suum instituit, reperire: quarum sactionum Sacerdotes omnes atque Levita insolibili lege constringimur, ut a die Ordinationis nostrae sobrietati ac pudicitia, & corda nostra mancipemus, & corpora, dummodo per omnia Deo nostro in his, que quotidie offerimus, sacrificis placeamus.

Ubi Pontifex per ly Sandiones, non intelligit praecepta perpetua castitatem; nam talia nupsiam leguntur in Evangelio, sed consilia, quae Christus tradidit in Evangelio. Porro haec consilia per Ecclesiam in legem transierunt respectu Sacerdotum & Levitarum, legem, inquam, insolubilem propriâ auctoritate.

Sane per castitatem, quâ voluit Christus, Ecclesiam Evangelicam antique antecellere, non solum intelligenda venit castitas sacerorum hominum; sed etiam ceterorum, qui juxta consilium Christi eam amplecti vellent. Unde ly voluit, in verbis Pontificis, non significat voluntatem obligantem; sed confidentem, & commendantem virtutem castitatis, tamquam perfectionem legis Evangelice.

Quod autem idem Pontifex Epist. 4. ait, Literas tales (in quibus etiam tractat de continencia Sacerdotum & Levitarum) dare placuit, non qua nova praecepta aliqua imperent; sed quibus ea,

que per ignoriam defidiemus aliquorum negligenter, observari cupimus, que tamen apostolica & patrum constitutione sunt constituta, manifestum est; non significare praeceptum divinum; cum plurimi numerent, quae constat solum esse pars juris Ecclesiastici: v. g. Ut mulierem, id est, viduam, Clericus non ducat uxorem: Ut is, qui laicos viduam ducat, non admittatur ad Clericum.

Ex quo patet responsio ad testimonium Ephesiani Hæresi 59. ubi sic ait: Revertitur enim suscipit sancta Dei predicatione post christi adventum eos, qui a nuptiis mortuam pectorum uxore, secundum unitus communis sunt, propter excellentem sacerdotalem dignitatem. Et hec certe sancta Dei industria cum sinceritate observat. Sed & ab aliis viris, & liberis gigantibus, annis uxoris virtutem non sibi; sed eum, qui se ab una continuit, eas invidit utrue Diaconum, & Presbyterum, & Episcopum, & Hypaconum, maximè ubi sinceri sunt canones Ecclesiastici.

Ecce eodem modo loquitur hic Author de bigamo, & de eo, qui liberis gigantibus, & aliis, neutrū suscipere sanctam Dei predicationem post Christi adventum; quod ergo uterque per divino prohibetur; quod est falso; vel uterque quod verum existimat; unde non vocaciones divinos, sed Ecclesiasticos, id est, ab Ecclesia institutos.

Sed nunquid hi canones recte dicti possunt leges novi Testamenti? Non est dubium, quoniam ab Apostolis in novo Testamento constat, sunt. Adeoque nihil probat testimonium Eusebii Caesariensis lib. 1. de Demonstratione Evangelica c. 9. in fine: Ad qua, inquit, finis nostra in praesenti studio sedato remittimus: ut unum admoventes, ne novi quidem testamenti &c. Oportere enim, dicit sermo dominus, Episcopus unus uxor virum esse. Veruntamen ei, qui uero sint, asque in Dei ministerio calunque occupari deinceps seipso a commercio uxoris detestantur.

Planè id decet; immo necessarium est, non ex speciali lege Christi; sicut licet deinceps immo necessarium sit, Episcopum unus uero esse virum; non tamen ex speciali lege Christi, sed tantum ex præcepto Ecclesie.

De quo etiam præcepto intelligi potest, Concil. Toletani 8. Quanta actionis impietatem ad totius Concilii sacram andam, quodammodo sacerdotes & ministros, obliviscentes malorum ac rerum confititorum, aut uxorum, aut quaremarum faminarum immundam societatem & execrabilis contumeliam, & pejoriam cordis obfisionem, tanquam lucero, quam Patrum regalis obrantes, non in quidem respiratione contemplantes, quod sibi est. Sancti estore, quoniam et ego sanctus sum, dicit Dominus. Et illud Apofolium: Mortificare membra vestra, quæ sunt super terram, id est, fornicationem, & immunditiam, concupiscentiam malam, & avaritiam &c.

Ubi Concilium istud, concubitus Sacerdotis cum uxore, vocat immundum sacerdotem, & execrabilem contagionem, obviante facili.

42.  
Expenditur  
alium testi-  
monium  
ejusdem  
Pontif.

## Sect. 5. De Contin. sacris Ordin. annexa. Concl. 2. 673

**46.** Literis; tum, qui prohibitus est per legem Apostolicam, contentam in sacris Literis; tum, qui, supposita lege Ecclesiae, talis concubitus verum sacrilegium est, quod, sicut & alia plura criminis, in sacris Literis damnatur.

Consimiliter alia Concilia, Pontifices, & Patres, quos brevitatis gratia, & quia specialem rationem habent difficultatem, lubens pertransito, supponunt hanc obligationem, tamquam antiquissimam à temporibus Apostolorum, & tamquam indelebilem seu insolubilem; quoniam nullà inferiori potestate aboliri potest, & superemam Ecclesiae auctoritate non debet.

Unde non mirum, quod pro tali crimine imponant penam depositionis & excommunicationis: qua sane etiam pro observatione & munimine Ecclesiastici juris, in aliis quoque rebus ex tunc solebat imponi.

Quæris à me, cur ergo Episcopus in Pontificali, admonens Subdiaconos de castitate in posterum servanda, non dicat: *Castitatem servare*, sed: *Castitatem illo (Deo) adiuvante, servare*.

Respondeo; eò quod non ipse talem obligationem, & necessitatem injungat, sed intimet dumtaxat eam, quæ ab Ecclesia tam antiquo & solemní jure instituta est.

Sed dicit aliquis, unde probatur illa antiquitas? Quippe Melanchthon in Apol. Confess. August. & Kemnitius in exam. Conc. Tridentini ad l. 24. can. 9. ausi sunt dicere, fuisse hanc legem à Romanis Pontificibus contra antiqua Concilia introductam, & in Germania non ante 400. annos inventam. Clichtovæus etiam lib. de Continentia à cap. 4. putavat hanc legem in Ecclesia Latina incepisse à Siroio Papa, qui assumptus fuit anno Domini 385. & anno sequenti legitur convocasse Romæ Concilium & hanc legem tulisse: atque Clichtovæus nec ante, nec post fuisse in Ecclesia Graeca ceperat. Ipsi etiam Graci hanc institutionem fuisse noviter in Ecclesia Latina introductam contendunt, ut refert Arcadius in Concord. lib. 7. c. 34. Itaque non supponenda, sed probanda manet illa antiquitas.

Respondeo; satis videti probatum ex testimoniis, jam allegatis pro jure divino; interim, ad eximendum omnem scrupulum, pono sequentem Conclusionem:

### CONCLUSIO III.

Obligatio perpetuæ continentia annexa fuit Ordinibus sacris jure Ecclesiastico à temporibus Apostolorum, tam in Ecclesia Graeca, quam Latinâ; & annexa manet in Ecclesia Latina.

Græci licet utuntur matrimonio, antea contracto, illicite contrahunt post Ordinationem.

**H**ec Conclusio multas habet partes; quæ signatim explicandas sunt. Atque imprimitis, præter testimonia præcedenti Conclusione allata, quæ possent sufficere ad probandam antiquitatem hujus obligationis, unum addo ex Clement. Rom. Epist. ad Jacobum fratrem Domini, in qua inter alia multa documenta, hoc unum de ministris altaris tradit, dicens:

*Ad dominica uestem ministria tales eligantur; qui ante Ordinationem suam coninges suas noverint (scilicet,*

*si semper continere noluerint, iuxta interpretationem Humberti Card. tempore Leonis 9. lib. contra Nicetianum) quod si post Ordinationem ministri altaris contingit proprium invadere casile uxoris, sacraii non ueret limina, nec sacrifici portior fiat, nec altare contingat &c.*

In fine autem Epistola testatur se hæc omnia ex Petro Apostolo Magistro accepisse, ibi: *Hæc iugur frater Iacobus de ore S. Petri iubentis audiuit;* si quis præcepta hæc non integrè custodierit, sit Anathema usque ad adventum Domini nostri Iesu Christi. Hac præcepta à S. Petri Apostolo accepi & tibi frater charissime insinuate curari; ut scirias omnia facias sine macula.

Cùmque hæc nulla fiat distinguo inter Ecclesiam Latinam & Graecam, uti nec in Corde, Carthag. 2. & aliis testimoniosis Conclusio præcedenti allegatis, quidni in utraque Ecclesia hoc præceptum ab initio fuerit observatum?

Non video rationem distinguendi; nisi quod de facto Græci licet utuntur matrimonio, antea contracto, & non constet de tempore; quo ille usus fuerit introductus; ut proinde videatur fuisse licitus à principio Ecclesie.

Et ita videtur sentire Scotus 4. dist. 37. q. un. n. 5. ibi: *Sitamen dicas; quod etiam tunc licet habere unam: verum est secundum consuetudinem Ecclesia primitive, utendo matrimonio prius contracto.* Et cùm non distinguat inter Ecclesiam Latinam & Graecam, videtur sentire in utraque Ecclesia tempore Apostolorum fuisse licitum uti matrimonio antea contracto; maximè cùm sit responsio ad illud Apostoli 1. ad Timot. 3. *Vnus uxor yps.*

Atque ut intelligendus foret Doctor de sola Ecclesia Graeca, plausu docere videtur, tempore, quo Apostolus scripsit illam Epistolam, fuisse licitum in Ecclesia Graeca uti matrimonio antea contracto. Quæ est sententia Iudoci Clichtovæi in propugnaculo de Continentia cap. 6. 7. 21. & 22. quænam refert & sequitur Claudius Spencerius lib. 1. de Continentia cap. 4. non parum à principio.

Respondeo; mihi non sat̄ constare de propria mente Scotti; nam duplice ibi affiguntur explicationes, atque hæc secunda est à prima

*Q999 autem:*

**48.**

*Probatus*

*antiquitas*

*illa ex*

*Clem. Rom.*

**49.**

*qui nullam*

*faci distingu*

*tionem id*

*ter Eccles*

*iam La*

*tinam &*

*Graecam*

*50.*

*Videtur*

*sentire Scot*

*ius à prin*

*cipio Eccles*

*iae fuisse*

*sacerdoti*

*bus iurium*

*utrum Ma*

*timoni*

*antes cog*

*itatis*